



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**


Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum ex spo[n]salibus trahatur aliquod vinculum
attinentiæ quod possit matrimonium impedire.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Arbor Affinitatis.



QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum ex sponsalibus trahatur aliquod vinculum attinentiae quod possit matrimonium impedire.

Secundò quæritur vtrum ex sponsalibus trahatur aliquid quod vinculum attinentiae quod possit matrimonium impide. Arguitur sic quod nō, quia ex causa dissolubili potest causari vinculum perpetuum eo quod effectus non est potior sua causa, sed sponsalia sunt dissolubilia multis modis vt patuit prius, ergo ex eis non potest causari aliud vinculum attinentiae quod posset perpetuo matrimonium impide.

3 Præterea sponsalia contrahuntur quandoq; inter parentes pro pueris ante septennum, sed per talia non contrahitur aliquod vinculum attinentiae, vt habetur extra de sponsatione impuberum capitulo literas, & cap. accessit, ergo ex aliis similiter non contrahitur aliquod vinculum attinentiae.

3 IN contrarium est, quia Alexander Papa prohibuit quandam mulierem cōiungi per matrimonium cuidam viro, quia fratri suo fuerat despontata, vt habetur extra de sponsalibus capitulo, Ad audientiam, hoc autem non est nisi per sponsalia causaretur aliquod vinculum attinentiae quod impedit matrimonium, quare &c.

4 R E S P O N S I O. Aut sponsalia sunt vera & legitime

Magistri Durandi de

timā quae tenere debent de iure, aut nulla. si sint legitimē contracta sicut ex eis caufatur quoddam vinculum attinet simile affinitati quod dicitur publicē honestatis iustitia que impedit matrimonium sicut affinitas & consanguinitas secundum eosdem gradus, & sic definitur, publicē honestatis iustitia est propinquitas ex sponsalibus proueniens robū ab institutione ecclēsiae trahens propter eius honestatem, ex quo pater ratio nominis & causa, quia scilicet talis propinquitas est introducita ab ecclēsiae propter honestatē. Ratio autem honestatis est hæc, quia sponsalia legitimē contraria quantum ex eis est ordinantur sufficienter ad matrimonium. Et ideo sicut per matrimonium contrahitur affinitas, sicut per sponsalia quoddam affinitati simile deficiens, tamen ab attinētia affinitatis sicut & sponsalia deficiunt à matrimonio, & hoc est publicē honestatis iustitia, si autem sponsalia sint nulla, aut hoc est propter defectum consensus, ut quando contrahuntur inter parentes pro parvulis ante septennium, aut quando contrahuntur sub conditione, & cōditio defecit sub qua contentebatur, aut sunt nulla nō propter defectum consensus, sed propter aliquod impedimentum, puta consanguinitatis, vel affinitatis, vel voti solennis vel ordinis, vel quodvis aliud impedimentum. In primo casu ex sponsalibus nō contrahitur publicē honestatis iustitia. In secundo vero contrahitur, sicut expressè determinatur extra de sponsalibus, cap. ex sponsalibus, lib. 8. & sic concordant capitula prius allegata in arguendo que videntur sibi inservient contrariari, quia illa duo capitula literas, & accessit, loquuntur de sponsalibus contractis infra septennium, ex quibus non caufatur aliquod impedimentum, illud autem capitulum ad audientiam, loquitur de sponsalibus contractis inter illos qui potuerunt contentire que praestant impedimentum sequenti matrimonio dato quod in se nulla fuerint propter impedimentum propinquitatis, ut ibidem dicitur.

¶ Quia autem sit ratio istius diuersitatis. Dicunt quidam quod hæc est pro tanto, quia illud quod est principissimum in contrahendis sponsalibus vel matrimonio est consensus, & ideo deficiente consensu sponsalia nullius sunt efficaciae, nec in obligando ad contrahendū, nec in impedimento sequente contractū, existente autem consensu & concurrente quocunq; alio impedimento sponsalia nullius sunt efficaciae in obligando ad contrahendum propter impedimentum concurrentem, sunt tamen efficacia ad impedimentum sequentia & matrimoniu inquantum caufant publicē honestatis iustitiam propter concurrentem consensum. Alia potest assignari ratio cōuenientior, scilicet quod per sponsalia nunquam contrahitur publicē honestatis iustitia nisi sint vera vel præsumpta. iudicium enim ecclēsiae debet esse secundū veritatem, vel secundū præsumptionem probabilem, hunc enim frequenter ecclēsia sequitur, ut habetur extra qui filii sint legitimi, cum inter Ioannem, iudicantur ne filii legitimi qui nati sunt de matrimonio contracto in facie ecclēsiae, & sic legitimatio secundū reputationem quanquam nō fuerint legitimi secundū veritatem, propter aliquod impedimentum à contrahentibus vel altero corum ignoratum. Constat autem quod sponsalia contracta ante septennium nulla sunt secundū veritatem & secundū quocunq; præsumptionem, quia constat de talibus quod contentire nō possunt, quando autem sunt tales personæ que possunt contentire, licet sit inter eas impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, vel quocunq; aliud, si illud ignoretur tempore contractus ab viro & vel altero, talia sponsalia (licet nulla sint secundū veritatem) sunt tamen aliqua secundū præsumptionem. Et ideo praestant impedimentum sequentibus sponsalibus vel matrimonio. Si autem cōstaret contrahentibus & illis coram quibus sit cōtractus de impedimento propter quod sponsalia nulla sunt, ut si religiosus in habitu religionis daret alicui fidem de contraendo cum ipsa, vel consanguineos consanguineos in gradu quo constat ipsi & omnibus assidentibus de impedimento non videtur quod per talia sponsalia que nulla sunt secundū veritatem, nec secundū ecclēsiae præsumptionem præstetur aliquod impedimentum sequentibus sponsalibus vel matrimonio. Et si præstaretur non apparet ratio quare esset nisi sola statuētis voluntas.

Sancto Porciano

6 AD primum arg. dicendam quod sponsalia caufant vinculum quod impedit matrimonium & dirimit ratione sui, sed ratione eius ad quod ordinatur, scilicet ratione matrimonii, sicut & affinitas que caufatur ex matrimonio impedit sequens matrimonium & dirimit. Vel potest dici quod istud impedimentum caufatur ex sponsalibus non secundum se, sed adiuncto perpetuo statuto eiusclie.

7 Ad alia argumenta patet responsio ex dictis.

V V A S T I O T E R T I A.
Vtrum aliqua proles sit illegitima.

D Einde queritur, vtrum aliqua proles sit illegitima, videtur quod non, quia humanum iudicium deber confirmari diuini, sed Deus iudicat omnem prolem legitimam ad successione æternam, dummodo nō se ferunt parentum, ergo & homines debent eam legitimam reputare ad successione temporalium.

2 Item filius non debet puniri pro peccato patris, Ezechias, sed illegitimus concubitus est peccatum parentum, ergo & propter illegitimum concubitus non debet proles illegitima reputari.

Item quantum distat illegitimus à legitimo tantum econuerso, sed legitimus nō potest illegitimus, ergo nec illegitimus legitimati, ergo non sunt vere illegitimi.

4 IN contrarium arguitur sic, quia qualis est causa talis producit effectum, sed concubitus est causa prolis, ergo ex illegitimo concubitu est illegitima proles.

5 R E S P O N S I O. Dicenda sunt duo, Primum est quod aliqui filii sunt illegitimi. Secundum est quod alii qui tales possunt legitimari.

6 Quantum ad primum sciendum est quod quatuor sunt genera filiorum, quidam enim sunt legitimi & non naturales, vt ad opium & arrogati, de quibus postea dicuntur. Alii sunt legitimi & naturales, ut illi qui nascuntur ex matrimonio legitimis qui sunt legitimi secundū rem, vel secundū ecclēsiae approbationem & contrahentium reputationem, vel virtusq; vel faltem alterius, alioquin si veteris sit impedimentum, vel si ignorantes impedimentum clandestinē contrahant, proles illegitima nascitur nullam habens excusationem ex parentum ignorantia, hoc probatur quo ad primum articulū extra quod filii sunt legitimi, cap. cūm inter Ioan. & cap. ex tenore, & quibusdam aliis capitulis. Quantum autem ad secundū articulū probantur in eodem titulo cap. causam & de clandestinitate desponsatione cūm inhibitiō. Alii sunt naturales sed nō legitimi, ut qui nascuntur ex cōcubinis in indubitate affectū retentis, non quidem ex meretriciis publicis vel scortis, & hi sucedunt parentibus ab intestato, vna cum matribus in duabus vncis, hoc est in sexta parte. Alii vero nec sunt naturales nec legitimi, ut illi qui nascuntur ex incestu qui dicuntur spiriti, vel ex adulterio. Ratio autem quare tales dicuntur illegitimi est, quia legitimus à lege dicitur. Lex autem totaliter excusans concubitū est sola lex matrimonii quam ratio naturalis dicit, scriptura diuina confirmat & lex humana approbat. Et ideo illi qui nascuntur præter legem matrimonii omnes dicuntur illegitimi. Et præter hoc illi qui nascuntur ex incestu vel adulterio innaturales dicuntur, quia ratio naturalis raleē concubitū damnat. Per eandem rationem illegitimi sunt qui nascuntur de matrimonio legitimis quo ad vinculum solutum, quo ad thorum & cohabitationem per solenne votum, ut quando vir & vxor pari votu ingrediuntur religionem, & profstant si tales postea generent filium, illegitimus est, quia lex matrimonii ratione cuius proles dicitur legitimā est illa quam ponit Apost. Corin. 7. scilicet quod vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, & econverso, sed haec lex solutus per solenne votum ab viroque emisum, ergo proles que postea nascitur est illegitima, quia præter legem matrimonii ratione nata.

7 Quantū ad secundū sciendum est q; filios illegitimos conuenit legitimari octo modis, secundum iura ciuilia sex, & duobus secundum iura canonica. Primus modus secundum iura ciuilia est quod pater filium naturalem ex concu-